



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Prima congregatio publica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Reuer. D. Tobia Fantagucio Vicario  
Reuerendissimi Cremonensis.

Pro constituendis Taxis Notariorum.

Reuer. Auenensis.

Reuer. de Aragonia &

Reuer. D. Ormanettus.

Reuer. Vicarius Episcopi Alexandr.

Vnus ex Notarijs Urbis, qui moraba-  
tur cum Illustriss. D. Metropolitano.

De priuatis Oratorijs construendis.

Illust. Cardinalis Episc. Vercellensis.

Illust. & Reue. Comes Bartholomeus  
a Porcia Protonot. Apostolicus.

De reformatione Monialium.

Reuer. D. Nicolaus Ormanettus Vic.  
Generalis.

Reuer. D. Albertus Linus, adhibitis  
secum aliquibus regularibus.

Deinde propositus fuit ordo obseruā-  
tus in inchoata synodo, eiusq; progres-  
su & fine, qui fuit a Patribus laudatus.

Prima Congregatio publica.

**I**N nomine sanctæ, & Indiuiduæ Trini-  
tatis, Patris, & filij, & Spiritus sancti.  
Amen. Anno ab Incarnatione Domini  
millesimo quingentesimo sexagesimo qu-  
to, Pontific. Sanctiss. in Christo patris,  
& D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ  
quarti anno 6. die Dominica decima  
quarta mensis Octob. fuit Congreg. pu-  
blica in Palatio Archiep. in aula supe-  
riori ad publicas congregationes desi-  
gnata: in qua interfuit Illustriss. & Re-  
uerendiss. D. Metropolitani sacre Pro-  
uincialis Synodi Mediolanen. Præsides,  
& Illustriss. & Reuerendiss. Guido Fer-  
rer. S. Romanæ Eccle. Præsbyter Card.  
Episcopus Vercellen. Reuerendiss. Pa-  
tres Episcopi, Hieronymus Vida Albé-  
sis antiquior suffraganeus, Mauritius Pe-  
tra Episcopus Vigleuanens. Cæsar Gam-  
bara Derthonen. Scipio Estensis Casa-  
len. Dominicus Bolanus Brixien. Nico-  
laus Sfondratus Cremonensis, Hierony-  
mus Galaratus Alexand. Federicus Cor-

nar. Bergomen. postea Cardinalis.

Primò Illustriss. Metropolitanus assur-  
gens detecto capite clara voce dixit  
Orationem, [ Adsumus sancte spiri-  
tus & c.] qua absoluta, confederunt om-  
nes in locis suis: Illustriss. Metropolita-  
nus & Vercell. sub umbella in duabus sel-  
lis, loco à terra per duos gradus elato,  
habitus Illustriss. Card. Rochetus, Man-  
telletus, & Mozzetta: Vercellen. sedin  
ad sinistram Metropolitanani, cæteri Re-  
uerendiss. Episcopi erant cum suis Ro-  
chettis, & Mantelletis, sedebantq; dex-  
tra & sinistra, seruato ordine suarum  
promotionum. E Regione Illustriss.  
Cardinaliū federunt Procuratores Epi-  
scoporum absentium, & Procuratores  
capitulorum Ecclesiarum Cathedra-  
lium, secundum præcedentiam suorum  
Episcoporum; & Procuratores a Cle-  
ris missi, Præpositi, Abbates, & alij  
quamplurimi. Silentio facto, Secreta-  
rius Illustriss. Metropolitanus de ipsius  
mandato alta voce dixit: [ R. R. D. D. Si  
quis vestrum est qui ad hanc sanctam  
Synodum aliquid referre velit, datur ei  
libera dicendi facultas.] Post modicum  
temporis interualum, cum omnes file-  
rent, Idem secretarius dixit: [ Reuer.  
Domini singulis diebus post primā ses-  
sionem, hac hora idest vigesima prima  
habebitur Congregatio hoc ipso in lo-  
co. Itaque licebit unicuique quæcunque  
voluerit, aut verbis, aut scripto, ad Sy-  
nodum referre.] Deinde idem Secreta-  
rius de mandato Illustriss. Metropolita-  
ni dixit: [ Reuer. Domini, Exeant omnes  
præter Procuratores Episcoporum & Cz-  
pitolorum;] & ita omnes exierunt. Illu-  
striss. Metropolitanus exposuit Patribus,  
quosnam deputasset ad audiendas abfen-  
tium excusationes, & causas eorum, qui  
ante finem Concilij discedere vellent,  
& alias item controuersias & causas:  
quos item, In Notarios sacre Synodi,  
In Secretarios & Promotorem: qui om-  
nes infra nominatim describentur. Pa-  
tres laudauerunt in omnibus iudicium  
Illustriss. Metropolitanani.

His itaque gestis Illustriss. Metropolita-  
nus interrogauit Patres, an scirent in-  
tra fines suarum Diocesum esse aliquē,  
qui in Prouinciali Concilio ius aut pri-



uilegium voti decisui haberet. Responderunt singuli se nescire. In eadem Congregatione Illustrissimus Metropolitanus retulit excusationes aliquorum Episcoporum absentium, & fuerunt presentata & admissa mandata, quæ in fine actorum describentur. Actum est de hora Congreg. publicarum, quæ post primam sessionem quotidie haberentur: vigesima prima est constituta; Patribus assentien. Illustrissimus Metropolitanus decreuit proximam sessionem in dici debere ad diem 25. presentis mensis, qui dies in Congreg. contrahi & prorogari pro negotiorum Synodi utilitate liberè possit. Statutum præterea est, quia multa in prima sessione agenda erant, quæ vno die commodè expediri non poterant; ut sessio die xxv. incipienda, etiam in sequentem diem produceretur. His itaque constitutis, vnus ex Secretarijs mandante Illustriss. Metropolitano legit clara voce omnia decreta, quæ in prima sessione publicanda erant. Deinde legit professionem fidei iuxta formulam a sanctissimo D.N. traditam, quam in manibus Illustriss. D. Metropolitanus omnes Episcopi prouinciales emittere debebant, ex decreto etiam Concilij Tridentini sess. 25. cap. [Cogit temporum.] Omnia a Patribus Vnanimi consensu sunt approbata.

Prima sessio

**A**Nno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione nona, Pontificatus sanctissimi D. N. Pij Papæ quarti anno sexto, feria secunda, quæ fuit Idibus Octobris, qui dies aperiendæ synodo inditus fuerat. Illustriss. Metropolitanus antequam ex Archiepiscopali Palatio egrediretur, vnà cum Illustriss. Cardinali Traneti Episcopo Placentino, qui pridie Placentia Mediolanum venerat, & Illustriss. Vercellensi, cæterisque Reuerendiss. Patribus, vocato Secretario vno ex Notarijs Concilij, Illustriss. D. Cardinalis Traneti dixit, se nullo modo esse subiectum Archiep. Mediolanensi, sed Ecclesiam suam Placentinam esse exemptam, seque ex forma Decreti Concilij

Tridentini eligere Metropolim Mediolani, quò scilicet ad synodum Prouincialem conueniret. Itaque protestare, se non venire ad Synodum, neque in ea interfuturum vi subiectionis, sed tantummodo vi electionis. Illustriss. autem Metropolitanus respondit, se prætere Ecclesiam Placentinam esse sibi subiectam; sed tamen admittere præd. Illustriss. Cardinalem Tranensem, eo iure quò admitti deberet, sine præiudicio iurium ambarum ecclesiarum. His absolutis tres Illustriss. Cardinales cum cappis Rubeis, comitantibus Reuerendiss. Episcopis & Prælatibus, & subsequente Excellentiss. Senatu Mediolanen. & nobilibus quamplurimis, ierunt ad Ecclesiam Maiorem, quæ est sub inuocatione Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ. Inter Protonotarios tamen & Senatium Mediolanen. obseruatum fuit, ut pari gradu accederet vnus ex Protonotarijs a manu dextra, & vnus ex Senatoribus ex manu sinistra, quousque numerus Protonotariorum completus fuit: & confederunt omnes in locis suis. Reuerendiss. Patres infra gradus quibus ad aram maximam ascenditur; ita locatis sedibus, ut hemicycli, & tanquam theatri speciem repræsenterent. Procuratores Episcoporum absentium post subsellia Episcoporum: deinde Procuratores Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, & reliqui suo ordine: Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ mansit in loco suo solito, quousque Illustriss. Metropolitanus peracta Missa accessit ad altare. Tunc sederunt Canonici ad dextram & sinistram Altaris paulò post Illustriss. Metropolitanum: Illustriss. verò Cardinales Tranen. & Vercellen. sederunt iuxta Cathedram Archiepiscopi in duabus sellis. Ipse autem Illustriss. Metropolitanus accessit ad Faldistorium, & indutus est solitis vestimentis pro Missa celebranda, dum canebatur Tertia: qua perfecta celebravit solennem Missam de Spiritu sancto, ex inffituto Diui Ambrósij: cui, & cæteris quæ in prima hac sessione peracta sunt, interfuit etiam Illustriss. & Excellentiss. Dominus Don Gabriel della Cueva Dux Albuquerquei, & locum tenens Regiæ Catholicæ